

rück wie die bei Prokop b. Goth. 2, 15, Jordanis Get. 3, geogr. Rav. besonders 4, 12 über sie gegebene Kunde. Welche Verwandtschaft aber zwischen diesen Nachrichten obwaltet, ist eine sehr schwierige und wenn überhaupt, so gewiss nicht beiläufig zu erledigende Frage.

Es folgt die Erzählung von der Entstehung des Namens der Langobarden.

ORIGO:

*Moverunt se ergo duces Wandalarum, id est Ambri et Assi cum exercitibus suis et dicebant ad Winniles: 'aut solvite nobis tributa aut prae-
parate vos ad pugnam et pugnate nobiscum'.*

Tunc responderunt Ibor et Aio cum matre sua Gambara 'melius est nobis pugnam praeparare quam Wandalis tributa persolvere'.

Tunc Ambri et Assi, hoc est duces Wandalarum, rogaverunt Godan, ut daret eis super Winniles victoriam.

Respondit Godan dicens: 'quos sol surgente antea videro, ipsis dabo victoriam'.

Eo tempore Gambara cum duobus filiis suis, id est Ibor et Aio, qui principes erant super Winniles, rogaverunt Fream uxorem Godan, ut ad Winniles esset propitia.

Tunc Frea dedit consilium, ut sol surgente venirent Winniles et mulieres eorum crines solutae circa faciem in similitudinem barbae et cum viris suis venirent.

Tunc luciscente sol dum surgeret, giravit Frea uxor Godan

PAVLVS:

*Sic in regionem quae appellatur Scoringa venientes per annos illic aliquot consederunt. Illo itaque tempore Ambri et Assi Wandalarum duces vicinas quasque provincias bello premebant. Hi iam multis elati victoriis nuntios ad Winnilos mittunt, ut aut tributa Wandalis persolverent aut se ad belli certamina praepararent. Tunc Ibor et Aio adnitente matre Gambara deliberant melius esse armis libertatem tueri quam tributorum eandem solutione foedare. Mandant per legatos Wandalis pugnatu-
ros se potius quam servituros. Et accedentes Wandali ad Godan victoriam de Winilis postularunt illeque respondit se illis victoriam daturum, quos primum oriente sole conspexisset.*

Tunc accessit Gambara

ad Fream uxorem Godan et Winnilis victoriam postulavit.

Freaque consilium dedit, ut Winilorum mulieres solutos crines erga faciem ad barbae similitudinem componerent neque primo cum viris adessent, seseque Godan videndas pariter e regione, qua ille per fenestram orientem versus erat solitus